Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35415
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

mala societas iustis est ruina
xo diligit pauperibus ministrantes
et isti signati sunt per martham de
qua legitur Joh xi° diligebat
autem dominus mariam et martham
sororem eius et cetera quarte quando dominus
predicavit in iherusalem et nullus eum
in civitate [illegible] ibat in bethania ad
domum marthe et ibi hospitabatur
apud eam et illa ministrabat sibi
et discipulis suis Quarto qui pau-
peres reficiunt et colligunt in hospi-
cio illos diligunt a domino Sed illi
qui vitam pauperibus denegant
illis deus vitam denegabit legitur
de quodam viro magno qui nullam
vitam voluit pauperibus facere
dixit quadam die servis suis custo-
dite me queso non solum relinquite
scientes quacumque die me in custoditum
relinqueritis occidam me Servi autem
sub diligenti custodia servaverunt
eum per biennium [illegible] duobus
annis cum iam crederent [illegible] quod nil
mali sibi ipsi esset illaturus deser-
verunt ipsum et ecce ingrediens
cubiculum invenit forpicem et erexit
in longum invenit eciam ibi cedu-
lam et pennam et accipiens forpicem
incisit venas [illegible] et subito ca-
piens cedulam et pennam et in digitis
[illegible] sanguinem scripsit Qui nullam
vitam non fecit vitam non sum con-
secutus et sic expiravit Illud ag-
gravat [illegible] in misericordes Quinto di-
ligit penitentes et illi signati sunt per
mariam magdalenam quam dominus dilexit
et io ad pedes domini flevit peccata sua
et per ea xxx annis egit penitentiam
Sic et tu quando oras ieiunas vel
ambulas in aliquo peccato [illegible] debes
meos perseverare usque ad mortem
ex° dominus tunc deus diliget te vi° diligit

pace servantes vel amantes et isti signa-
ti sunt per Salomonem qui pacificus interpretatur
Tu enim non libenter portas in corde
tuo nullum rancorem habens vel invidiam
et tales diligit dominus Sed bellum [illegible]
sunt et io beati pace quia ubi pax
ibi deus et ubi deus ibi omne bonum etc.

Vos amici De sancto Barnaba Barnaba
mei estis etc. Joh xv dominus
mandavit per moysen et prophetas
ut omnes eum diligerent et cum non
proficisset tandem venit in mundum
per se ipsum et per multorum beneficiorum
exhibitionem et eterne glorie promissionem
amiciciam hominum voluit acquirere et
sic primo acquisivit amiciciam apostolorum
quos amicos suos vocat de quorum
numero fuit beatus Barnabas docuit
eciam homines quomodo amiciciam suam possunt
acquirere doctrina in hodierno ewangelio reci-
tatur cum dicit Vos amici mei etc.
In hoc quod dominus dignatur amiciciam hominum
acquirere apparet eius magna bonitas
Nam si pauper querit amiciciam divitis
non mirandum quia indiget [illegible]
deus qui dives est super omnia et qui
omnia habet in manu sua et dat cui
vult Nam mirum est quod deus amiciciam
hominum querit hoc admirans Augustinus
dicit domine quid sum ego quod amiciciam meam
queris et nisi te amem irasceris michi
ad hanc questionem potest responderi illud Job
Homo natus de muliere brevi vivens
tempore quia brevis est vita hominis super
terram io multo debet deum diligere
In verbis istis tria possumus notare
primo quia amiciciam dei debemus acquirere
2° per quod acquiritur 3° que sint signa
amicicie Circa primum nota quod amiciciam
dei debemus acquirere propter tria Primo quia
est honorabilis 2° quia est utilis 3° quia
est constans et durabilis Primo dico